Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

offensionis sepissime quedam fratres sunt per vos subditos nominatos / quas velit pro honore meo in pristinum statum cum restitucione plenissima renovare / ordinavimus eciam eidem cum domino Johanne quod sui priores / vestrum rectorum et subditos non offendent / sed pacifice se habeant / Et postquam de hoc fuit requisitus nuncium audivimus ipsum vel suos contrarium agitasse. Datum etc.

Pape Recommendatie

Sanctissime pater in Christo et domine Si sepius forte quam deceat vel honestatem meam vel quid exaudicione vestram libeat sanctitatem pro viris egregiis ac viris virtuosis civibus supplicamus presumpcioni vel temeritati vestra benignitas non ascribat. Nam cum exploratis undique viris optimis et religiosis quos quos populosissima civitas mea produxit plurimos laude dignissimos et in quibus mixta fragilitatis humane carnales affectus nostri rei publice gloriari liceat invenimus / Cognovimus tum portitores meos / tum patris apostolice mansuetudini cives meos quos ad eccli-

cclxxxvij

asticum statum pertinere cognoscimus commendare / Possemus tamen de famosioribus tali principe taliique pastore qualem vos deus gregi sue prefecit / amittere debemus et forte de illo quem cunctis civice ille cerminus subtracte Sed ne videamur unum civitatis mee decus et gloriosum dimisisse non tacebimus Beatissime pater de religioso viro fratre Ludovico de Marsiliis ordinis heremitarum non solum utriusque rerum divinarum et humanarum studioso sed docto non adstricte Theologie magisterium de speciali gracia summorum pontificum exhibito Sed ordinarii parisiensis studii sudore producto. Nec putet vestra benignitas ipsum solum in tanta acumine et promptitudine disputandi quod implerat quod videmus ceteris etatis mee magistris prudentissimorum testimonium auferri. Lacius enim patet vere Christi vicarie lacius patet incomprehensa ferme cunctis sue scientie latitudo. Nam ut omnia brevi eloquio complectam quidquid tamen congrue vere vel expolite loquitur Quicquid divinis intenco ad compescendam sapiam speculatur / quidquid philosophi disputant / Et quidquid theologia definiat / in hoc uno convenerit ut absolute solo possit quicumque de scientificis hominibus in illo quo dubitat plenissime declarari. Nec tamen sicut reperitur in pluribus timore superbie destituitur / quod omnium scientiarum studio et perfectione construxit. In illo quidem summa sine ficto simulacionis humilitas. In illo non humana sed divina prestis eloquencia melliflua cum sermone remedia ut cum prestratur ascensurus in pulpitum non solum indoctum vulgus sed eruditissima multitudo quasi ad celeste quoddam audiendum oraculum cum pede congregetur. Accedit ad hoc quod cum soleat virtus multos emulatores habere / nullus umquam ausus fuit aliquam inhonestatis nedum infamiam non suspicionem / sed nec eciam suspicionis aliquid vel fictum vestigium excitare. Maxima profecto inter perpauca tamen magna maledicorum copia vere virtutis in nomine vite / mundissime conversacionis nunc non certissimarum argumentis / nec caret sequa ea gloria reputatur splendore natalium. Utpote qui legitime fuit de nobili et antiquissima progenie

111